

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Andreae Alciati Emblemata**

**Alciati, Andrea**

**Patavii, 1661**

Illustriss. ac generosiss. D. D. Ivlio Caesari a pace gymnasii patavini  
syndico prorectori Paulus frambottus filicitatem p.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)



Illustriss. ac Generosiss. D. D.

IVLIO CÆSARI

A P A C E

GYMNASII PATAVINI

SYNDICO PRORECTORI

Paulus Frambottus felicitatem p.



*Austo omine secundisque auspicijs Andrea Alciati, qui primus Iurisprudencia squalorem, ac senium, politionum literarum cultu, ac nitore deterfit, Emblemata, erudita festiuitatis opus, tempestiue studiorum amœnitati diuerticulum, denno typis meis publici iuris facturus, clarissimo Nomini tuo, inscriptum eo.*

*Nam PACIS OPVS esse literas, atque hanc artem literarum ministram, ac futuram ingeniorum, iam pridem ego symbolo testatus sum: & genti tua nobilissima ab eadem PACE sanctius cognomen inditum est: pulcherrimo augurio, futurum quandoque ut studiorum regimen, ac literarum tutela fidei tua, industria, ac sapientia commendaretur.*

*Et ipsa quidem magni scriptoris Emblemata, intimo voluptatis sensu retractanti mihi, illud in primis argumenti nobilitate, atque acuminis lepore blanditur, quo intra militarem galeam Apes, natura miraculum, aërei mellis caelestia dona cogere finguntur: atque horrentia Martis tegmina dulci nectare dissendere.*

Magnificum fortuna tua specimen. Si quidem ferrea cassis, coman-  
tis iuba terrore, atque hostili sanguine rorantes crista, fera militia mu-  
nera, bellique decora, quibus maiores tui inclaruere, ostentant. Mox  
eadem in alucarium versa, adulta gentis fetus, ac nidos excipiens, si-  
derum rore, thymoque fragrantibus succis stipata, ratum tibi omen fa-  
cit, quo lectissima toto Orbe iuuentus cura tua crederetur ac te Preside,  
nobilissima pubis examina Heliconios flores, ac Pasti rosaria depasta,  
expressis Musarum fauis, spumantia mella conficerent, atque immorta-  
les ceras excuderent.

Qui sicut frontis honore, formaque & proceritate Imperio dignus es:  
ita solus aculeo carens, inermi maiestate, atatis freto feruida ingenia  
temperas, & quoties magno discordia motu incessit, vulgi ani-  
mos, ac trepidantia bello corda non magna matris are, aut pul-  
ueris iactu sedas: sed pietate grauis, ac meritis, ac mellita oratione com-  
pescis, ac mulces, pacales oleas abuearibus obtendens.

Idem operum custos, atque exactor haud immitis, excubiarum, in-  
dustria, ac sedulitatis, ex gentis moribus, ac disciplina, exemplum,  
& lex, ignanum pecus praesepibus arcens. Ergo totum laudum tuarum  
mellificium grata posteritas rependet: tibi Emblematum opus rite dica-  
rum fatebitur, cuius nomen Gymnasij fastis veluti emblema Nestoreo  
poculo insertum atque illigatum venerabitur. Vale.

Patavij Cal. Iunij MDC LXI.

